UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epitome Instituti Societatis Jesu

Sesti, Curtius

Bruxellis, 1690

Sect. VII. De Gradibus Scholasticis conferendis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-68440

Visual Library

prohibere, quo minus tueri poſſint ſententiam contrariam aſſerentibus, in agendo licitum eſſe ſequi opinionem minùs probabilem, faventem libertati, relicta probabiliore, ſtante pro pręcepto. Superiores autem, ſi quos novitatum amantes, aut parùm cautos in docendo compererint, à munere docendi ſubmoveant, pœniſque aliis, ſi opus fuerit, coerceant. 2. In librorum editione oneranda Cenſorum Fides, & conſcientia, ut ſeveros ſe potiùs exhibeant. 3. Cautè Noſtri reſpondeant in privatis congreſſibus, & nunquam ſcripto, præſertim in rebus gravioribus; niſi conſulto, & probante Superiore. z 4. Commendatur P. N. ut non tantùm tranſgreſſores prædictarum legum loco, & cathedra moveat; ſed ipſos etiam Superiores, ſi quando in cohibenda illa liberiori opinandi licentia negligentiores fuerint, ſeverè puniat. a

z C. 11. D. 22. & C. 12. D. 28. & C. 13. D. 18.

a C. 12. D. 28.

SECTIO VII.

De Gradibus Scholaſticis conferendis.

Facultas Societati conceſſa.

1. GRadus Literarios conferendi poteſtas conceſſa eſt; 1. pro Scholaſticis tantummodò, qui de Societate ſunt, & non ſine aliquibus conditionibus reſ-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

reſpectu Univerſitatum externarum; ſi in illis extiterint. *b* 2. Eſt conceſſa amplior; ita ut conferri poſſint etiam Externis pauperibus noſtras Scholas frequentantibus, quin & divitibus: modò hos Univerſitatis Officiales recuſaverint promovere, & ſolutis per eoſdem ſuis juribus Univerſitatibus, ubi illæ ſunt. *c* 3. Quia prædictæ facultates fuerant conceſſæ Generali, ita ut per Præpoſitos, & Rectores eam exercere tantùm poſſet: permiſſum eidem eſt, ut prædictos Gradus conferre poſſit per Præfectum Studiorum: *d* immò ad hunc hujuſmodi collatio ſpectat. *e* 4. Quicumque modo prædicto promoti ſunt, gaudent omnibus privilegiis, & prærogativis, quibus gaudent in Univerſitatibus promoti. *f*

Jul. III. pag. 75. & Comp. privil. V. Gradus. §. 1. 2.

c Pius IV. p. 91.

d Greg. XIII. pag. 190.

e P. 4 c. 17. §. 2.

f Jul. III. pag. 75. & Pius IV. pag. 92.

Prærequiſita Promovendorum.

2. At Promovendi; 1. ultra communem ſtudiorum curriculum, ad Actus Scholaſticos celebrandos, & Gradum Magiſterii, ſeu Doctoratus ſuſcipiendum, debent plus temporis impendere: in Philoſophia quidem dimidium Anni, duos verò in Theologia. *g* Poterit tamen diſpenſari, ut ſufficiat tres Philoſophiæ annos, Theologiæ quatuor præmiſiſſe. *h* 2. Probandi ſunt diligenti examine; & ordinariè etiam publico; & judicati idonei ad eandem ſcien-

g P. 4. c. 15. §. 2. 3.

h P. 4. c. 15. B.

ſcientiam prælegendam, nullo loco certo frui debent, poſtquam promoti ſunt. [i] 3. Illis permittendi non ſunt niſi exigui admodum ſumptus; quare vetantur Convivia, chirothecæ &c. ſed quemadmodum Societas gratis docet, ita & gratis promoveat. [l] Immò univerſè cavetur, ne pro re ulla quiſquam de Societate ſibi, aut Collegio accipere permittatur. Quandoquidem præmium noſtrum ſolus CHRISTUS Dominus, qui eſt merces noſtra magna nimis. [m] De qua Conſtitutione actum, ubi de Paupertate ſermo fuit. Par. 4. Cap. 2. Sect. 1. Demum Provincialis eſt curare, ut prędictæ Conſtitutiones accuratè ſerventur. At ubi hæ non obſtant, in Promotione ritus cujuſque loci ſervetur. [n]

[i] P.4.c.6.§.17. & c.15.§.4. & E.

[l] P.4.c 6 §17. & c.15.§.4. & F.

[m] P.4.c.15. §.4.

[n] St R. Prov. 11.

SECTIO VIII.

De Vacationibus, & Academiis.

Vacationum ſtata ſint tempora.

1. SAltem ſingulis hebdomadis dies unus à prandio quieti deſtinatus ſit; in reliquis conferatur cum Provinciali, quis ordo in Vacationibus, vel intermiſſionibus Studiorum ordinariis ſit tenendus. [o] Ordo verò ſemel conſtitutus dierum, quibus docendum, & vacandum eſt, con-

[o] P.4.c.13.F.